

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4513

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

275

## C O D I C E S

276

Carreta.	Fuftan.	Nariz.	Suenno.
Cascajo.	Forma.	Niebla.	Segur.
Cueruo.	Feria.	Nauas.	Sanna.
Camello.	Golfo.	Omenage.	Sotano.
Carmefi.	Galizia.	Oxala.	Toldo.
Calatayud.	Holgazan.	Parque.	Tahona.
Calauera.	Harda.	Partir.	Tou. *
Chifmas.	Hofco.	Page.	Turmache. *
Dianno. *	Italia. *	Parra.	Toro.
Derecho.	Lança.	Palermo. *	Toledo.
Efquilmo.	Lanprea.	Pulilla.	Trama.
Embaxador.	Madexa.	Ponçona.	Tierno.
Enfalçar.	Mazmorra.	Pauilo.	Treguas.
Edad.	Machina. *	Percha.	Tilde.
Efcabeche.	Mostacho.	Perexil.	Taharra. *
Efcudo.	Malfin.	Recamo.	Vano. *
Endechas.	Marfil.	Ribaldo. *	Voluntad. *
Emera. *	Maranna.	Ruin.	Vaca.
Filaterias.	Mecha.	Reues.	Zaque.
Fabula.	Mucho.	Razon.	

Quae *Asterisco* notata sunt Vocabula, in *Covarruviae Thesauro* deesse puto. Verum et multa, quae cum eo communia habet, aliter derivat Noster, in quo an non Pseudetymis subin indulgeat, id, quod de *Platone* non est veritus dicere *Aeg. Menagius*, penes *Hispanos* literatos, si forte *Libellus* in lucem eluctetur, iudicium esto. De *Valverdio* nostro adi etiam *Colomesii Hispaniam Orient.* edit. *Hamburg.* 1730. p. 240. 4. ego vero, quo doctus hic Vir in nostram Gentem animo fuerit, e Praefatione ejus *Gnomologiae ex Sanctis Patribus* editae *Venet.* 1590. 4. adscribam. Sed quid dixi tuos Germanos (ita ad Albertum Card. Austr.) cum meos dicere iure potuissim? Meos enim existimo, propterea quod eos

omnes summo semper amore sum profecutus, posteaquam in *Bohemiam* me contuli, ubi quadriennium ferme commoratus, benigne, humaniter, liberaliterque a sanctissimis illis *Episcopis*, et principibus atque proceribus, cunctisque nobilibus fui semper acceptus, et in primis ab ipso etiam *Imperatore* &c. Atque hic in *Rudolphi II.* laudes abit.

C. VII. 9. 4.

Codex chartaceus lat. boh. 55<sup>2</sup> Sec. XV. Folior. 297. 4. caractere atro, crasso perscriptus, minioque notatus est *Commentarius in Librum Sapientiae*. Praemissa ad Deum Oratione, quae incipit: *Presta domine legentibus profectum, querentibus legem tuam remi-*

remissionem omnium peccatorum &c. sequitur Expositio, quae *σχεως* ita procedit: *Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Iste liber dicitur liber Sapientie quam sapientiam qui voluerit habere et eam inuenire oportet iusticiam diligere. Et de illo super istis verbis erit sermo &c.* Non tantum ad margines et inter Textus lineas inveniuntur *γλοσσηματα Bohemica*, sed ipsi etiam Commentario inserta sunt, unde Opus non scriptum modo, sed et compositum in *Bohemia* autem, licet Autorem nequeam indicare. Finit ille: *Magnificetur anima mea in oculis domini et liberet me de omni angustia. Quod nobis concedat qui sine fine viuit et regnat deus in secula seculorum Amen.* Subdit Scriptor: *Finis adest operis mercedem posco laboris. Expliciunt dicta valde pulcra et utilia super librum qui vulgo nominatur Sapientie Salomonis. finita Sabbato in die cathedre petri que fuit tunc temporis Sab-*

*bato ante dominicam primam XL me in qua cantatur Invocabit me Anno M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LXXVII<sup>o</sup> Sit laus et gloria omnipotenti deo in secula seculorum Amen.*

CI. VII. 9. 8

Codex chartaceus lat. Sec. 556 XV. Folior. 285. 4. caractere crasso exaratus et rubricis distinctus est *Commentarius* ille in *Librum Sapientiae*, quem jam Cod. praeced. prodidimus. Hic tamen ita subscribitur: *Expliciunt dicta pulcra et utilia super librum Sapientie. Et hoc Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LXXXII<sup>o</sup> feria IIII in die Johannis et Pauli martirum beatorum Sit dominus deus benedictus in secula seculorum Amen.* Quâ ratione Codex hic olim ad *Wencesl. Rossam* saepe nobis jam dictum pervenerit, e sequentibus, partim principio, partim fini adjectis eruitur.

*Gallus eram quondam qui librum tenui istum*

*Sed (Gallus) jam non sum: Quia saxa teno.*

*In villa Krzeffin anno 1536 Rogationum feria III ibi prope occisus est quidam Sacerdos wolfgangus moravius aduersarius (Utraquistarum?) Et in proximo Sabbato sepultus Cimiterio gallus. In tempore Wenc. a profforouia gerens plebaniam in Horcepnik. — Ad manus Liber venit Wenceslai post Sacerdotem Gallum qui obiit in villa Skrzeffin et ibi honorifice per manus Sacerdotum sepultus 1536.*

*Sabbato post Ascensionem domini. Sillaba in pede Crucis Horcepnensium Rossa tercio Anno plebanus (cognomento) scribit. Quid Sillaba in pede Crucis? Modestiaene formula?*

CII.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 36. f. figuris pluribus picturatis insignitus continet